

Stapelrecht.

495

hanc inter nos, reconciliationem suo Sigillo ac manu obsignatam, sub proximum festum Michaelis, anno circiter ab hinc integro sit exhibiturus. Iphis autem reconciliationis literis hoc præcipue cautum erat, ut urbium Vandalicarum indigenæ ac cives. Helsingburgum, Malmogiam, Scandoræ & Falsterboam, id est totam propemodum Scaniam veluti pignus & loco illati à rege Vandalorum detrimenti, annos Septendecim retinerent, usum fructum sibi servarent, præfectos iudicesque suo modo & more ipsi haberent: Atque annis istis elapsis territorium idem commune, & nullis gravatum oneribus, quomodo ipsi acceperant, Regi regnoque restituerent: Danis interea, omnibusque regni incolis urbes emporia Hanseaticæ libere accedere, suaque ibi exercere negotia, quemadmodum ante bellum sueverant, fas liberumque esset. Hæc acta, dataque Stralsundæ postridie ascensionis Dominicæ, anno à Christo nato millesimo trecentesimo septuagesimo. *vid. Boxhornii Apolog. pro navigat. Hollandorum pag. mibi 227.*

31. De voce *Hanse*, unde dicuntur Hanseaticæ civitates, *die Hanse Städte*/miserum, quam variè & ineptè contra ipsam genuinam vocis Teuronicæ significationem Scriptores eam explicare & ob nudam quandam adsonantiam alienos sensus affingere eidem voluerunt:

Sicut in multis aliis vocibus Teutiscis, ut
Behm.